



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Batavia, Sive De Antiqvo Veroqve Eivs Insvlae Qvam
Rhenvs in Hollandia facit situ, descriptione & laudibus;
aduersus Gerardvm Noviomagvm, Libri Dvo**

Aurelius, Cornelius

Antverpiæ, 1586

Bon. Vulcanivs Ad Batavos, De hac Cor. Avrelii editione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38123

BON. VULCANIUS
AD BATAVOS,

De hac COR. AVRELII editione.

MAGNA fuit quondam Battauæ gloria gentis,
Roma triumphati dum caput orbis erat.
Scilicet huius ope VRBS, & viribus, INDVPE-
RATRIX

Oppida subiecit regnaque multa sibi.

IMPERII hinc SOCIOS meritò FRATRES-
QVE vocavit,

Haud tutam sine eis se fatis esse putans.

Priuarat sed eos aeterna hac laude Sicamber,

Vicinis faciens è Betuis Batavos.

Credita res multis. ita fluxæ munere suadæ

Fucum etiam doctis fecerat ingenii.

Id ratus indignum patrius CORNELIUS ausis,

Quondam, ô flos Battauum, doctor ERASME tuus:

Ille inquam quo se ter felix iactat alumno

GOVDA, olim eximiis nobilis historicis;

Hosti congressus, non impar, vindice penna

Hollandio asseruit Battauiam populo.

An dubitas? Cæsar, Tacitus monumentaq; testes

Prisca, soli atque sali proruta visceribus.

Dicite iō Hollandi, vestroque Aurelius ore

Personet; hinc vobis laus rediuiua venit.

Nanque situm moresq; & fortia gesta Battauum

Nullo delendum tempore scripsit opus.

At latuit, multosq; ultra latuisset in annos

Cum tineis luctans nec meritâ carie;

Ni tandem Vindex Battauum, haud sine numine diuum,

Vindice me lucem cerneret è tenebris.

AD